





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*He . 21.*



3

PALÆSTRA  
SECUNDA  
THEOREMA-  
TUM POLITI-  
CORUM,

*Quam,  
Felicitante DEO,*

Consensu  
AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ,  
IN ALMA ALBERTINA,

*Eruditorum examini, publicè  
subjiciunt,*

PRÆSES

JOHANN. GEORG. à Gößen/  
Nobil. Boruss. & Philosoph. D.

Et

RESPONDENS

JOHANNES Sauljoch / Regiomont.

*Locò horisq̄ solitis*

*Ad d. 10. 7bris. Anno 1672.*

---

Typis imprimebat Josua Segebadius.





PALÆSTRA

SECUNDA

THEOREMATUM

TUM POLY-

CORUM

Geometriae

liber primus

Amstelredamum

In Alma Mater

Universitatis

Amstelredamensis

1710

JOHANNI GEORGE

WOLFF

RESPONDENS

JOHANNI GEORGE

WOLFF

1710

Typis impressit Joh. Seidelius

Amstelredamum





7.

**Q**uando dicimus Ethicam esse Politicam, tum Politica sumitur generaliter, non specialiter. Certum enim est, Politicam duplici modo sumi: quatenus & Ethicam & Politicam, quæ de Rep: agit, complectitur, & hæc est Politicæ generalis acceptio; Politica verò, quæ comprehenditur sub Politicâ generaliter dictâ, & agit de Rep:, dicitur Politica specialiter. Non absurdum verò est, unum idemque vocabulum & generis esse, & speciei, v. gr. διαδεσις dispositio, continet habitum & διαδεσις dispositionem specialiter dictâ. l. cat. c. 8. Respublica dividitur in monarchiam, Aristocratiam, & Remp: specialiter lib. 3. Pol. c. 2. Igitur ne cuiquam absurdum videatur, quando etiam hoc loco, Politica dicitur, continere Ethicam & Politicam, nempe specialiter.

8.

Philosophia Practica nihil aliud est, quam scientia de prudentiâ, quod superius ostensum, quod evidens est de Oeconomicâ. Cum vero Politica, ut supra diximus, sit species Philosophiæ Practicæ, & Ethica, sit ejus pars: manifestum est, Ethicam esse scientiam de prudentiâ.

9.

Indigitavimus quoque superius, quod quælibet species Philosophiæ Practicæ agat de virtutibus, & earundem actionibus: unde colligere in proclivi est, quod objectum Politicæ sint virtutes, & quidem morales, seu civiles, & earundem actiones.

10.

Virtutes civiles sunt virtutes, ad quas Respublica seu Civitas informanda & componenda. In his virtutibus duo ve-

B 2

niunt



8  
niunt consideranda, 1<sup>o</sup> virtutes, ad quas civitas est compo-  
nenda, 2<sup>o</sup> civitas ipsa, quæ ad rationem illarum virtutum  
adornanda est. Quia distincta objecti ratio, distinctas facit  
partes, in aliquâ scientiarum specie: & verò ratio objecti Po-  
litices duplex est: liquidò constat, quod duplex sit pars poli-  
tices in genere, prima, quæ agit de virtutibus, ad quas Respu-  
blica seu civitas imbuenda; altera, quæ agit de Rep:, quæ  
virtutibus illis instruenda. Jam illa, ubiq; obtinente more,  
vocatur Ethica, hæc Politica specialiter.

11.

Nemo tamen putet, in Ethicâ virtutes, ut sunt abstractæ  
â civitate, considerari. Quomodo quæso virtutes civiles possunt  
abstractæ considerari? cum ne quidē cogitari possint sine civi-  
tate: civitas ingreditur definitionē virtutum civilium, & virtu-  
tes illæ & civitas, habent se ad invicem per modum rela torū  
Relatorum verò eadem simul est consideratio. v. gr. Impe-  
rantis & obtemperantis eadem simul est consideratio. Di-  
ces: in parte primâ agendum de virtutibus civilibus & civita-  
te: quare ergo in Politicâ specialiter, rursū agitur de civita-  
te, nonne sic idem bistractatur. Respondeo: Idem bis in-  
bi considerari materialiter, non negamus; sed formaliter,  
secundumq; eundem considerandi modum considerari, per-  
negamus. Sic in Ethicâ primò considerantur virtutes, secun-  
dario verò civitas, ut virtutes eò meliùs intelligantur. In Po-  
liticâ verò specialiter, primò civitas, secundario verò, virtu-  
tes civiles, ut civitas rectiùs intelligatur. Non verò absur-  
dum, idem diversò locò, pro diversò considerandi modò,  
bis considerari. v. gr. domus consideratur in œconomicâ &  
& Politicâ, sed diversò considerandi modò, in œconomicâ  
propter beatitudinem domesticam, in Politicâ propter civita-  
tem, ut ea eò meliùs intelligatur. Perfricent itaq; frontem,  
qui, ut, Ethicam distinctam esse scientiam â Politicâ, pervin-  
cant.



9  
cant: contendunt, in Ethicâ virtutes sequestratas à civitate & societate domesticâ, indifferentesq; ad omnem statum, quales non dantur, nam nullæ virtutes ita comparatæ sunt, ut extra omnem omninò sint statum, considerari. In Politicâ verò virtutes, ad civitatem restrictas, considerari.

12.

Obvium verò est, cujusvis habitus finem esse, suam operationem, v. gr. habitus scientiæ finis est contemplatio, quæ est ejus operatio: artis habitus finis est effectio, seu opus efficiendum, quod rursus ejus operatio. Jam verò virtus moralis est habitus: virtus enim moralis est *habitus proæreticus* l. 2. Eth. c. 6. Igitur virtutis finis est operatio ejusdem. Quod est scientiæ alicujus objecti finis, id est quoq; finis ipsius scientiæ. v. gr. Objectum Dialecticæ est problema ex principiis communibus vel extruendum, vel destruendum, ejusq; finis est opinio, hinc & Dialecticæ idem finis. Cum jam, qui finis est objecti, idem sit finis scientiæ ejusdem; & verò objecti Ethices finis sit operatio virtutis: resultat, Ethicæ finem esse operationem virtutis.

13.

Ex his facilè constat, de quibus Ethica, prima Politicæ Pars agat, nempe de virtutibus civilibus, & quæ eò pertinent, earundem operatione. Cum verò, omnia hæc minutatim excutere, jam necessitas postulet: meritò inquirimus, primonè de virtutibus moralibus agendum, an de earundem operatione, quæ est Ethices finis? Omnino statuimus, hanc Ethicam *πραγμαδείαν* à fine, seu operatione virtutum, esse inchoandam. Omnis methodus incipit à notioribus. *Notiora sunt vel naturâ talia, vel ad nos.* l. 1. Phys. c. 1. t. 2. & l. 1. post. c. 2. t. 5. Notiora nobis sunt, *qua sensibus propin-*  
B 3 *quiora*



10  
quiora sunt l. 1. post. c. 2. Notiora naturâ sunt, quæ à sensibus remotiora sunt. d. l. Jam omnis methodus incipit à nobis motioribus: hinc Arist. docet: *incipiendum est à nobis notioribus* l. 1. Eth. c. 2. Illa sunt sensibus propinquiora, quæ inductione similium exemplorum probantur: v.g. finem esse bonum, & ab omnibus expecti, inductione similium exemplorum probari potest: sic, *volumus esse felices*, felicitas finis est, *volumus belli victoriam reportare*, victoria est finis belli. l. 3. Eth. c. 4. Adeoq; finis est notius quid secundum nos. Cum igitur à notioribus nobis incipiendum sit: & verò finis sit nobis notius quid: obvium est concludere, in Ethicâ esse à fine, nempe ab operatione virtutum incipiendum. Hinc Arist. etiam à summò Bonò, in Ethicis incipit, ut videre est. l. 1. Eth. c. 1. & seqq.

14.

Operatio virtutum est finis in Ethicis, ut supra leviter ostendimus, alio autem loco fusiùs probabimus, igitur, cum Ethica incipiat ab operatione virtutum, eandem à fine incipere, dicendum est. Finis verò est principium: nam finis est *causa* l. 2. Phys. c. 3. Omnis verò causa est principium. Deinde certum est, hypothesein esse principium: jam verò Arist. dicit: *id finis est in practicis, quod hypothesis in mathematicis* l. 1. mm. c. 19. & l. 2. Eud. c. 11. Unde Galenus l. 1. de Methodò c. 7. de fine in scientiis Effectivis ait: *finem in Effectivis esse principium constitutionis artium*. Et Arist. *ex fine*, ait, *Demonstrandum esse*. l. 2. Phys. c. 7. & seqq. & l. 1. de part. Animal. c. 1. Quòd si Ethica à fine incipiat: & finis sit principium: dubium non est, Ethicam à principiò *πραγματείας* suam incipere. Mirum igitur est, quod pleriq; Scholastici doceant, in Philosophiâ Practicâ, ubi simul includunt Effectivam, esse progressum à principiatis ad principia, & in Philosophiâ Contemplativâ, à principiis ad principiata, ut tandem iverint in hanc methodi distinctionem,



11

nem, & aliam Syntheticam, aliam Analyticam esse, docuerint. Synthetica ipsis est, in quâ est progressus à principiis ad principiata. Analytica verò, in qua est progressus à principiatis ad principia. De divisione hujus methodi agit quoque Francisc. Piccol. l. de Rerum definit: pag. m. 126. & 127. Cum jam ostenderimus, Politicam, quæ est species Philosophiæ Practicæ, procedere à principiis: frustra est, quòd, Philosophiæ Practicæ esse, doceant, à principiatis, non à principiis procedere. Omnis methodus, seu omnis scientia demonstrat, est enim scientia *habitus demonstrativus* l. 6. Eth: c. 3. Quicquid verò demonstrat, procedit à principiis ad principiata, demonstratio enim *est ex principiis seu causis*. l. 2. post. c. 2. Igitur & omnis methodus debet à principiis procedere, non à principiatis.

15.

Expensò, *πραγματεία* Ethices à principiis ad principiata procedere: ostendendum venit, qualis sit ejusdem *ἀξιόβεια*. Non eadem cujusvis scientiæ est *ἀξιόβεια*: v. gr. major est *ἀξιόβεια* scientiæ, quæ est de arte, quàm de experienciâ. l. 1. metaph. c. 1. major est *ἀξιόβεια* Arithmeticæ, quàm Geometricæ, Maxima omnium *ἀξιόβεια* est scientiæ, quæ maximè primorum: unde Philosophus: *certissima scientiarum sunt maximè primorum*. l. 1. Met. c. 2. Quibus quoque videl: non esse æqualem omnium scientiarum *ἀξιόβειαν*, subscribit Arist: dum ait: *non in omni disputationis genere per æq̃ accurata subtilitas requirenda est, quemadmodum nec in operibus mechanicis* l. 1. Eth. c. 3. Igitur meritò inquirimus, qualis sit scientiæ hujus *ἀξιόβεια*? Ut aliquid de hóc negotiò statuamus, attendendum est ad objecti conditionem & naturam: qualem enim objectum permittit certitudinem, talis etiam est scientiæ alicujus *ἀξιόβεια*: quò respexit Philosophus, dicendo: *benè instituti hominis est, tantam in unoquoq̃ disputatione*



12  
rationis genere requirere subtilitatem, quantam rei ipsius pa-  
ritur natura. l. 1. Eth. c. 3. Demonstrationes materia sub-  
jecta convenientes sunt postulanda. l. 2. Eth. c. 2. § 6. Qua-  
lem verò objectum Ethices permittit certitudinem? Tenuem  
atque exiguam. Nam objectum Ethices sunt quidem virtu-  
tes, sed maximè earundem actiones: actiones verò sunt in-  
certæ, nec habent aliquam firmitatem. Idem testatur Phi-  
losophus: *In iis rebus, quæ honesta & iusta sunt, quas ci-  
vilis scientia considerat, tanta est varietas, tanta in iis ver-  
satur erratio, ut lege meritò, non autem naturâ constare vi-  
deantur.* l. 1. Eth. c. 3. *Quæ in actionibus versantur, ni-  
hil firmitatis & constantiæ habent.* l. 2. Eth. c. 2. Ex qui-  
bus manifestum evadit, non esse aliquam in *πραγματεία* Ethi-  
ces postulandam *ἀκριβείαν* seu subtilitatem, sed eandem esse  
crassiori filò extruendâ. Eadem est quoque Arist. mens, is enim  
expressè ait: *omnem, quæ de rebus, in agendo positis, habetur,  
orationem rudiore quadam & pingvi non exquisitâ, neque  
accuratiùs expressâ formâ constare oportere.* l. 2. Eth. c. 2.  
Quibus gemina habet l. 1. Eth. c. 3. *Satis itaque erit, si,  
cum de eiusmodi rebus, ex rationibus item eiusmodi explica-  
tio instituat, rudi quadam & crassâ formâ verum declare-  
mus: satis item, si (cum de rebus, quæ plerumq; eveniunt,  
& verò etiam ex talibus rationibus disputationem institua-  
mus) ad talem modum concludamus.* H. I. Idem compro-  
bat Eustrat: comment. in l. 1. Eth. c. 3. §. 1., dicendo: *Cum  
methodo morali ac civili subjecta sint vitæ negotia, quæq; in iis  
sunt actiones & operationes, quæ omnia ut plurimum evenire  
consueverunt, neq; semper eundem modum servant, sed in-  
terdum in contrarium delabuntur & excidunt: orationem  
quoq; quæ de huiusmodi subjecto pertractat, similem esse ne-  
cesse est, ut minimè debeant in huiusmodi materiâ necessaria  
demonstrationes requiri.* &c. H. I.

PALÆ-



Lp 329  
8

1000


200











B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

ESTRA  
CUNDA  
DREMA-  
POLITI-  
RUM,

*Quam,*  
*ante DEO,*  
Consensu  
ULTATIS PHILOSOPHICÆ,  
ALBERTINA,  
*in examini, publicè*  
*objiciunt,*  
RÆSES  
GEORG. à Götzen/  
s. & Philosoph. D.  
Et  
PONDENS  
auljoch / Regiomont.  
*horisq̄ solitis*  
*bris. Anno 1672.*

bat Josua Segebadius.

